ctam eſſe probant, *cap. licèt ex ſuſcepto* 10. *de for. competent. cap. ſolitæ* 6. *de majorit. & obedient. cap. duo* 10. 96.*diſtinct.l.*3.*tit.*1.*lib.*4 *Recopilat.Gloſ. verb. ad Regem,in cap.cauſam* 7. *qui fil. ſint legitim.*Cardin. Bellarmin. *controverſiar. lib.* 5. *de poteſt. Pontif. tempor. cap.* 6. *col.* 1.2.Bobadill.*in Politic:tom.* 1.*lib.* 2. *cap.* 17. *à princip.*Fuſc. *de viſitat.lib.* 2.*cap.* 21.*ex n.*1. Decian. *ſup. tom.*1.*lib.* 4.*cap.*11.*num.*1. Caſtr. *de leg. pœnal. lib.*2. *cap.* 10.*pag.* 436. Azeved. *in d. l.* 3. *Recopilat. num.* 1. Cevall.*commun. tom.*1 .*quæſt.*739. *num.* 8. ubi latè, & alii plures apud Bobadill, *cap.* 18.*num.*60.*lit. B.*Utraque tamen reſidet in Summo Pontifice ſaltem habitu, ut probant ex aliis Bobadill. *d.cap.* 17. *à num.* 3. Cevall.*ex num.* 46 atque ita publica delicta laicorum, quorum in temporalibus non eſt dominus, valet coërcere, Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunit.lib.*. 2. *in princip. numero* 19. Bobadill. *numero* 10. *verſ. Bien conſta.* De quo vide Patr. Suar. *ubi proximè.*

Ibi: *Imò, & Imperator ipſe.*

106 Imperator quoque ſi pecunia, vel æquivalenti fecerit hominem interfici, adhuc per aſſaſſinum Chriſtianum, pœnis *dict. cap.* 1. ſubjacebit;Guttier. *ubi proximè,* Decian.*d. cap.* 30.*num.*6. Hoſtienſ.*in d. capit.* 1. *num.* 19. Farinac. *d. quæſt.* 123. *num,*23. & idem de Cardinalibus ſcribit Marr. *de juriſdict.part.* 4. *cap.*85.*num.*11.*& caſ.* 129.*num.*3.ac de Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, Clar. *numero* 3. Farinac. *num.* 25. Decian. *num.* 15.

Verſ. *Secundò, infero.*

107 Quod excommunicatio, de qua *in d. capit.* 1. non liget eos, quos vulgò *aſſaſſinos* appellamus, quando ſcilicet per hominem Chriſtianum homicidium perpetratur docent *D.Covar.* ſequuti Bonacin.*tom.*3. *de excommunic. extra Bull. diſp.* 2.*quæſt.*2. *punct.*33.Novar. *d.capit.*27.*n.*136. Suar.*ubi proximè, ſect.* 4.*num.* 47. & alii, quibus addendi ſunt relati *ſup. num.*104. *in fine,* qui cum *D. Covar.* contra Communem tenent, *d.cap.*1.ad eos, qui per Chriſtianos aſſaſſinos alios perimunt, non pertinere. Tamen his adverſatur eadem communis ſententia, quæ pœnas *dicti textus* ad hujuſmodi delictum extendit, cujus fautores *ibidem* laudavimus; & in ſpecie quoad excommunicationem quod hodie incurratur per aſſaſſinos Chriſtianorum opera utentes, mercede conſtituta, ad Chriſtianos utique interficiendos, ſentiunt Sayr. *de cenſuris, lib.* 3.*capit,* 34. *num.*21.Filliuc.*tract.*14.*capit.*4.*quæſit.*10. *numero* 65. Guttier. *num.* 1. 3.

Verſ. *Tertiò, eadem ratione.*

109 Ad hæc quoque videnda ſunt tradita *ſup. num.* 104,nam qui *D. Covar.* ſequuntur *ibi.* hanc utique illationem defendent. At qui Communem amplectuntur, etiam ſentiunt diffidatum, ſeu bannitum eſſe, qui per homines fideles, vel infideles, pretio conductos, Chriſtianos extinguunt more Aſſaſſinorum, ut expreſſim notant Guttier. *ex n.*11. Clar.*n.*4. Carrer.*in prax.crimin.*§.5.*n.*8. Decian. *d.c.* 30.*n.*7.Sayr.*in clav.Reg.lib.*7.*c.*11.*n.*12. Farinac.*d.q.* 123. *n.* 8. Cardoſ.*in prax. Iudic. verb. Aſſaſſinus. n.*3.

Ibi: *Ea verò diffidationis pœna.*

110 Diffidatus dicitur, qui à quocunque impunè occidi poteſt, Decian. *ubi proximè,* Cevall. *dict. quæſt.* 901.*num.* 5.Ruin. *conſ.* 4.*numero* 14.*volum.*5. Barboſ. *in collectan. ad dict. capit.* 1. *numero* 19. Gregor. Lop. *in lib.* 3. *Gloſ.* 4. *titul.* 27. *part.* 17. (ubi quod poterit impune occidi propter pecuniam ab inimico acceptam, ut dixi *ſup. num.* 92.) Guttier. *numero* 11. Sed an pater filium diffidatum poſſit abſque pœna occidere negat Decian. *ſup.* contra Carrer. *dict. numero* 8. Similiter nec frater, aut filius patrem, vel fratrem occidere poteſt, Menoch. cum aliis *conſ.* 1189. *numero* 28. 29. *& de arbitrar. lib.*1.*p.* 90. *numero* 43. quem vide *ex numero* 48.ubi de occidente bannitum ob propriam inimicitiam, proditoriè, quos extra ordinem puniendos docet, & Clar. *in prax.*§. *Homicidium;* *à n.*59.

Ibi: *Nec mirum ita à Romano Pontifice.*

111 Princeps Eccleſiaſticus poteſt condere legem irrogantem pœnam mortis pro aliquo delicto, quanquam ſententiam judicialem, qua aliquis ad mortem damnetur, ferre non permittatur, Decian. *numero* 8. Guttier. *num.* 16. qui etiam *D. Covar.* ſequuti aſſerunt, non fieri irregularem, qui Principi ſeculari conſilium præſtiterit, ut legem condat ſub pœna mortis aliquid prohibentem. Ratio eſt, quia neminem in particulari lex morte afficit, ſed ſolùm generaliter tranſgreſſoribus illam minitatur, quemadmodum etiam licet ſcribenti librum, etſi Eccleſiaſticus ſit, inſtruere Iudices in cauſis criminalibus; ut ex aliis probat Bobadill. *dict. lib.* 2. *capit.* 17. *numero* 27. omninò ad præmiſſa videndus ex *numero* 24. Quid ſi Confeſſarius, vel Doctor conſulatur à Iudice; num teneatur reum occidere? & reſpondeat teneri, non effici irregularem, docet Dian. poſt alios *part.* 3. *tract.* 5. *miſcellan. reſol.* 80. licèt plerique aliter ſentiant, illud autem communiter probatur, poſſe abſque irregularitatis periculo dicere, quid in communi legibus cautum ſit, non conſulendo in particulari, nec aperiendo quid ipſe ſentiat in caſu, de quo interrogatur; ut docent DD. quos idem Dian. *ibi* refert, ubi etiam alii, qui exiſtimant nullo modo interrogato licitum eſſe in cauſa ſanguinis reſpondere.

Verſ. *Quartò, eadem ratione conſtat.*

112 Aſſaſſinii reos eſſe ipſos, qui locant operas ſuas, ut homines perimant, atque ita Eccleſiæ immunitate non gaudere probavi ex pluribus *ſup. numero* 84.& quod pœnis omnibus ſtatutis *in dict. capit.* 1. affici debeant, cùm earum capaces ſunt, ut fideles, qui hodie propter pecuniam aliorum inimicos enecant, docent Delbene *dict. capit.* 16. *dubit.* 21. *ſect.* 1. *num.* 6. Farinac. *dict. quæſt.*123.*n.* 19.Guttier.*num.*18.Decian. *num.* 9.Scortia *theoremat.* 385. Boſſ.*in prax.tit. de mandat. ad occidend. num.* 13. Paz *num.* 137.Gonni *dict. fallent.*15.*num.*7.*fol.*100. Salced,*ad* Bernard. Diaz *in prax.cap.*96.aliàs 100. *verſ. Secundus caſus,* Cantera *in quæſtionib. crimin. quæſt.* 1. *de quæſtionib. tangent. punit. delict. capit.* 6.*nu.* 48.Barboſ.*ſup.num.* 7. licèt contrà ſentiat Greg.Lop.*in l.* 3.*Gloſ.*5.*titul.* 27. *p.*7.Notandum verò eſt, quod etſi in *dict. cap.* 1. mentio non fiat aſſaſſinorum infidelium, qui Chriſtianos occidebant, non fuit ex defectu poteſtatis, ſed quia pœnæ *ibi* ſtatutæ illis non conveniebant; Pontifex enim poteſt, maximè pro defenſione fidelium, pœnas ſtatuere adverſus infideles, ut latè & eruditè probat B. Ioan. Capiſtran. *de Author. Pontific. part.* 2. *principal. à princip. in tract. DD. tom.*13.*fol.*38. Gregor. Lop. *in l.*2.*Gloſ.* 3. *titul.* 23. *p.* 2.

Ibi;

Ibi: *Imò ipſos interfectores.*

113 Qui Aſſaſſinorum more conducti pecunia homines interficiunt ultimò ſupplicio affecti membratim ſcinduntur, ſolentque ad caudam equi in locum ſupplicii trahi, ut obſervant Clar. *dict.* §. *Aſſaſſinium,numero* 4.Plaza *in epit. delict. lib.* 1. *capit.* 19. *numero* 5. Canter.*ſup.numero* 49.Guttier. *numero* 13.Carrer. *ſup.* §. 5.*num.*35. Decian.*num.*31.Cevall. *ſup. num.*6. *&* 7. Imò cum hoc crimen committatur frequentiùs, proditoriè homicidium ſic perpetrans, de jure Regio etiam dimidia bonorum ſuorum parte mulctabitur, fiſco applicanda; Ant. Gom.*variar. lib.* 3. *capit.* 3. *numero* 10. *verſ. Item etiam dicitur,* Guttier. *numero* 15. Cant. *ubi proximè.* de quo eſt *l.* 10. *titul.*23.*lib.*8. *Recopilat.* Pecunia verò vel res ob homicidium accepta, debet reſtitui ei, contra quem mandatum eſt, vel ejus hæredibus, Gregor. Lop. *in dict. l.* 3. *Gloſ.*1.*titul.*27.*p.*7. Decian. *numero* 35. Carrer. *numero* 30.Capyc. *deciſ.*155. *num.*27. Baiard. ad Clar. *ſup. num.* 9. qui, Decian. & alii advertunt, hæredem aſſaſſinii ad reſtitutionem hanc teneri, etſi lis cum defuncto conteſtata non ſit.

Verſ. *Quintò hinc apparet.*

114 Ut pœnæ de quibus *in d. cap.* 1. locum habeant, neceſſe eſt, quòd Chriſtianus ſit, qui interficitur, ut adnotarunt Decian. *numero* 10. Carrer. *num.* 15. Clar.*num.*2.Boſ.*ſup. num.*22.Guttier. *num.* 8. Paz *in prax.tom.* 1. *part.* 5. *c.* 3. *n.*135. Plaz. *ſup. d. cap.* 19. *num.* 8. Gonni *d. fallent.*15. *n.*7. Maſcard.*de probat. conc.*138. *n.* 13. Guazzin. *ſup.defenſ.* 1. *cap.*38.*n.*42. *verſ. Ac etiam requiritur,* Aloyſ. Ricci. *in prax. aurea, reſolut.*38.Farinac.*in prax.q.*123. *à num.* 33. Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verb. Aſſaſſini, verſ. Hinc oriuntur,* Peguer. *crimin. deciſ.* 5. *n.*29. Quod etſi commune admodùm ſit, contrarium jure defendi poteſt, ut aliis placet, quos ipſe retuli *ſup. n.* 91. de immunitate agens.

Verſ. *Sextò, deducitur.*

115 Supponendum eſt, prout *in dict. cap.* 1. diſponitur, quòd Clericus aſſaſſinus jure ipſo depoſitionis pœnam incurrit: quod advertunt Delbene *ſup.tom.* 1. *c.* 6.*dubit.* 5. *ſect.* 2. *num.* 1. Farinac. *d. q.*123.*n.*12. Barboſ. *num.*12. ubi alii, Cevall. *num.* 8.

Modò dubium eſt, an talis aſſaſſinus ſit actualiter degradandus, ac Brachio ſeculari tradendus, ut meritas pœnas det? Negat Barboſ.*n.*13.ubi probat: cui ſententiæ favet *l.*61.*tit.*6.*p.*1.& *ibi* Gregor. Lop. *Gloſ.*1.ubi cavetur, quod Clericus etſi propter delicta *ibi* expreſſa ſit deponendus, non tamen Curiæ ſeculari tradendus, niſi perpetret ea, quæ lege præcedenti continentur. Sed nihilominus in crimine aſſaſſinii communis reſolutio eſt, quòd Judici ſeculari tradatur. Imò etſi hoc controverſum valdè ſit, Judex ſecularis procedere abſque actuali degradatione poteſt; quod maximè obtinet, ſi aſſaſſinum Clericum perpetraſſe, notoriè conſtiterit; alioqui ſententia criminis declaratoria Judicis Eccleſiaſtici deſideratur, ut ſecularis de Clerico aſſaſſino cognoſcere valeat: de quo vide Dian. *part.*1. *tract.* 2. *reſolut.* 51. Delbene *tom.*1. *dict. ſect.* 2. *à princip.* Clar. *in prax.* §. *fin. q.* 36. *num.* 29. 30. Cevall.*ſup.d.tom.*2 *q.*9 1. *per tot.* Decian *d. cap.* 30. *num.*21 Guttier *num.* 22. 24. Farinac *in prax q.*8 *num.* 86. Marr. *de juriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 129. *num.* 17. Carol. de Graffiis *de effectib. Clericat effect.* 1. *num.* 668. Curtell. *de immunit. Eccleſ. lib.* 2.*q.*24.*num.* 30. Gambacurt. *lib.*7. *cap.* 14. *num.* 15. Beller. *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit.* 3. §.7. *num.* 6. Ex quibus colliges, receptius eſſe, Clericum aſſaſſinum non poſſe per Judicem laicum puniri, niſi præcedat ſententia criminis declaratoria Eccleſiaſtici, maximè ubi delictum notorium non eſt.

Ibi: *Nam & ipſe idem opinor.*

116 Hanc diſtinctionem *D. Covarr.* inter Clericum mandantem, homicidium fieri per fidelem, aut infidelem, expreſsè rejiciunt Guttier. *n.*25. Bobadill. *n.*57. *verſ. Pero no parece,* ubi alios laudat, qui ſentiunt, diſpoſitionem *d. c.* 1. locum habere in Clerico conducente Chriſtianum pecunia, ut hominem enecet.

Verſ, *Septimò ut ad inſtitutum regrediar.*

117 Vide quæ dicta ſunt *ſup. num.* 82. ubi plures referuntur, qui aſſerunt, aſſaſſinos eſſe, ac Eccleſiæ immunitate non juvari, qui homines etiam Chriſtianos pretio inducunt, ut homicidia committant.

Ibi: *Sic & Speculator.*

118 Hoc jam declaratum eſt per Gregor. XIV. ubi expreſsè ſtatuitur, aſſaſſinis Eccleſiæ immunitatem non ſuffragari quod, ut alibi dixi, in elligi nequit de aſſaſſinis illis infidelibus, de quibus *in dict. cap.* 1. quoniam tunc temporis jam non graſſabantur.

Ad Num. 11.

119 Excommunicatio non impedit, quin excommunicatus Eccleſiaſtica immunitate defendatur, Suar.*d.tom.*1. *de Religion. tract.*2. *lib.*3.*cap.*10. *num.*3. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 30. *num.* 18. Bonacin. *in ſum. tom.* 3: *de Excommunicat. in partic. ext. Bull. diſp.* 2. *quæſt.*3. *punct.*16. §.5.*num.* 3. Farinac.*de immunit. cap.* 2. *num.* 44. *& in prax. q.* 28. *num.* 39. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26.*num.* 3. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 26. *verſ. Quæro tertiò.* Gonni *de immunit. fallent.* 19. *n.* 1. *in tract. fol.* 101. Anaſt. Germ. *de Sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* 72. Guazzin. *de defenſ. reor. defenſ.* 1. *cap.* 37. *num.* 54. Delbene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.*16. *dubit.* 10. *ſect.* 3. Gregor. Lop. *in l.* 4. *Gloſ.* 1. *tit.*11. *part.* 1. Chartar. *deciſ. crimin.* 59. *num.*17. Bobadill.*tom.*1. *lib.*2. *cap.*14. *num.* 50. Pet. Gregor. *d. lib.*33.*cap.*22. *num.*1. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §.3. *num.*112. Et omnes ferè, exceptis paucis quibuſdam, quos refert Farinac. *d. cap.* 2. *num.*45. 78. Gonni *ſup.* qui meminit eorum, qui ſenſerunt, excommunicatum ab homine non gaudere immunitate, ſecus à jure. Sed communis ſententia omninò tenenda eſt; nam Eccleſia privilegium habet generale tuendi omnes, qui ad ſe confugiunt niſi in caſibus exceptis in jure: & nullibi cautum reperitur, quòd excommunicatus immunitate privetur, neque inter effectus excommunicationis iſte numeratur, ut obſervat Suar. *ſup.* Nec refert, quòd excommunicatus mortuus non admittatur ad Eccleſiam: nam jure ita conſtitutum eſt, ut ſepultura careat Eccleſiaſtica, & in hoc nullus favor Eccleſiæ verſatur, ſicut in immunitate. Ex quo etiam reſpondetur ad aliud fundamentum *Felini,* & ſequacium, licèt enim excommunicatus rebellis ſit Eccleſiæ, tamen defendi debet ab eadem, cùm hoc in honorem Sacri loci cedat, cui privilegium immunitatis conceſſum eſt. Neque excommunicato interdicitur materialis Eccleſiæ ingreſſus, ſed quatenus

tenus ordinatur ad aſſidendum Divinis ; quod eidem non licet ; Bonac. & Decian. ſup. & hæc intelligas etiam in excommunicato publicè denunciato, ut advertunt Dian. & Delbene loc. citat.

120 Idem dicendum eſt de homine interdicto, propter rationes proximè perpenſas, Suar. d. num. 3. Gambacurt. de immunitat. lib. 4. cap. 10. num. 1. in fine, Delbene ſect. 2. Dian. ſup. verſ. Quarto ſecundò, Farinac. num. 44. Ambroſin. de immunitat. cap. 8. num. 12. & alij communiter adverſus Felinum in c. 2. n. 6. de exceptionib. Decian. num. 14.

Verſ. *Decimo-tertiò, quamvis excommunicato.*

121 Infidelem, qui ad Eccleſiam confugit, non eſſe dignum, ut in ea tueatur, docent Farinac. in prax. quæſt. 28. num. 68. Delbene ſup. ſect. 4. à num. 11. Peregrin. de immunit. cap. 12. num. 1. Clar. num. 17. Suar. ſup. num. 11. Gonni fallent. 18. num. 4. Sarp. de jur. Aſylor. cap. 5. fol. 58. Guazzin. cap. 38. n. 3. Ambroſin. de immunitat. cap. 8. num. 8. Paz n. 106. Pereira de man. Reg. part. 2. cap. 51. num. 5. Bonacin. ſup. §. 10. num. 3. Qui contrariam probabiliſſimam dicit ; Marquard. de Iudæis part. 1. cap. 8. Decian. dict. cap. 16. num. 2. Franc. Leo in theſaur. For. Eccleſiaſt. cap. 13. num. 13. Curtell. ſup. lib. 1. quæſt. 22. Bobadill. d. cap. 14. num. 51. Lotter de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 13. num. 109. Guttier. d. quæſt. 7. num. 51. & alii plures. Hæc ſententia maximè nititur l. 1. C. de iis, q. ad Eccleſ. confugiunt. ubi fidelibus immunitatis auxilium denegatur : cui deciſioni ſtandum eſt ; cùm ſimus in re dubia, & jure Canonico expreſſum deciſa, ut tenent Suar. num. 10. Decian. & alij ſupra : Alia fundamenta ſunt apud Delbene, qui latè diſputat. Quæ reſolutio procedit in Iudæis, Sarracenis, aliiſvè, qui Sacrum Baptiſma non ſuſceperunt.

Ibi : *Contrarium tamen notant.*

122 Sed adverſus D. Covar. & præfatam communem opinionem, alij plures ſentiunt, infidelibus non eſſe immunitatis auxilium ſubtrahendum, ut Mar. Italia de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. §. 1. Fagund. de præcept. Eccleſ. lib. 4. cap. 4. num. 49. Barboſ. de jur. univerſ. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. n. 44. ubi teſtatur, ita fuiſſe per Sac. Congregat. immunitatis declaratum menſe Februario anno 1631. Portel in dub. Regium, verb. Eccleſiaſtica immunitas, num. 10. Ricciul. de jure perſon. ext. grem. Eccleſ. exiſt. lib. 2. cap. 12. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. quæſt. 9. Carol. Maranta in controverſ. jur. part. 1. reſponſ. 51. n. 3. Ludovic. Correa in tract. de immunit. Eccleſ. part. 3. cap. 3. Dian. part. 1. tract. 1. reſolut. 22. Greg. Lop. in l. 4. gloſ. 1. tit. 11. p. 1. Cevall. tom. 1. q. 269. Quæ ſanè opinio de jure defendi poteſt ex rationibus, quas pro illa Dian. conſiderat ubi proximè, qui adſtipulatur l. 2. d. tit. 11. ibi. Todo ome d. gloſ. 1. ubi proximè. Et ultra alia fundamenta conſiderandum eſt quòd egregiis Sacræ Scripturæ interpretibus placet, jus Aſyli in lege veteri etiam Gentilibus fuiſſe commune, ut dixi ſup. num. 18. licet Delbene oppoſitum probet d. ſect. 4. à num. 12. Præterea Beyerlinck, in theat. vit. human. tom. 1. verb. Aſylum, à princip. refert idolorum delubra apud Nationes aliquas, vel exteris aſyla fuiſſe, quò magis omnibus venerabilia fiebant. Qua ratione Templorum veri Dei ſanctitati hoc ipſum tribuendum eſt, ut in eis nedum Chriſtiani, ſed etiam infideles ſint tuti, in quibus tuendis, pietatis amplitudo magis ſplendet. Nec ex juris Cæſarei conſtitutione in d. l. 1. reſtringendum eſt privilegium generaliter Eccleſiæ conceſſum, ut omnibus confugientibus ſua immunitate ſubveniat, maximè cùm veroſimile non ſit, quòd Sacrorum Canonum Conditores excluſionem infidelium omiſerint, ſi eos indignos Eccleſiæ immunitate judicarent. Tamen contrarium receptius eſt.

123 Prior autem ſententia ſolet limitari, ſi infidelis ad Eccleſiam confugiens, poſtulet baptizari abſque fictione, ut tenent Suar. d. cap. 10. num. 11. Navar. in Manual. c. 25. num. 10. Baiard. ad Clar. d. quæſt. 30. num. 23. Gambacurt. lib. 2. cap. 7. num. 88. Diana, Pereira, Bonacin. Paz, Guttier. ubi proximè, Cardoſ. in prax. judic. verb. Eccleſia, n. 81. & plures apud Delbene n. 25.

124 Oppoſitum ſuſtinent Decian. ſup. Guazzin. n. 4. verſ. Tamen, Ambroſin. d. cap. 8. num. 8. & alij, qui ſentiunt, infideles baptiſmum in eo periculo conſtitutos ſimulatè poſcere, ut pœnam mortis evadant ; & ita lege præſumi, dict. l. 1. C. de iis, qui ad Eccleſ. In qua controverſia cum Suar. & Bonacin. dicendum eſt, quòd ſi Iudæus, vel Gentilis cupiebat abſque cogitatione confugij ad veram Religionem convertere, & interim delicto patrato, confugiat ad Eccleſiam, & Baptiſmum petat, erit omnino tuendus, quia ceſſat ratio ſimulationis. Si verò poſtquam ad Sacrum Aſylum ſe recepit, oſtendat ſe velle ſuſcipere Baptiſmum, poterit Eccleſia eum retinere, ut experiatur, an fictè convertatur, nec ne, atque ita illum tueri, vel non ; etſi aliqui teneant eſſe præſumptionem juris, & de jure, quòd ſimulata ſit converſio, quorum meminit Suar. num. 12.

Verſ. *Decimo-quarto, eadem ratione.*

125 Supponendum eſt, quòd confugiens ad Eccleſiam propter crimen hæreſis nullo modo ab ipſa defenditur: nam caſus iſte expreſſim excipitur in d. Bulla Gregor. XIV. ut notant Delbene dict. 16. dubit. 22. num. 1. Suar. d. cap. 10. num. 13. Guttier. de delict. q. 71. num. 2. Cardinal. de Lugo in tract. de fide, diſp. 24. Decian. tom. 1. lib. 5. cap. 40. num. 7. & tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 4. Filliuc. tract. 15. c. 6. quæſt. 8. num. 151. Ambroſin. cap. 8. num. 1. Bonacin. §. 10. num. 1. Bobadill. ſup. num. 54. Idem dicendum eſt de fautoribus hæreticorum, de apoſtatis, ſortilegis, aliiſque de hæreſi ſuſpectis Bonacin. ibidem, & num. 2. verſ. Hinc pater, Farinac. de immunitat. cap. 13. num. 175. Delbene cum aliis, ubi proximè à num. 8. Dian. part. 1. tract. 1. reſolut. 38. Mar. Italia lib. 1. c. 5. §. 6. numero 59. 140. Bobad. num. 109. & alii communiter. Et quanquam criminis hujus cognitio ad forum Eccleſiaſticum ſpectet privativè. cap. cum ſecundum 19. §. fin. de hæretic. in 6. Clar. in prax. §. Hæreſis, num. 6. Guttier. cum multis, ubi proximè, q. 33. num. 10. Ac immunitas Eccleſiarum adverſus juriſdictionem Eccleſiaſticam non tueatur, ut latè probat Delbene ſup. d. dubit. 10. ſect. 12. per tot. Tamen ex eo, quod propter hæreſim immunitas non proſit, utilis ſequitur effectus ; nam Iudex laicus poterit abſque cēſuræ metu hæreticum ab Eccleſia extrahere, ut ipſum judicandum Eccleſiaſtico tradat, ſicut advertit Delbene dubit. 22. num. 1. verſ. Reſpondetur, Farinac. d. cap. 13. num. 178. Bonacin. d. num. 1. verſ. Reſpondeo negando. Et in hoc ſenſu D. Covar. præſens concluſio abſque contradictione procedit : quia hæreticus immunitate non gaudet.

126 Quæſtionis verò eſt de hæretico, qui propter crimen aliud, veluti homicidium ad Eccleſiam convolat, an in ea ſit tutus ? Negant cum D. Covar. Curtell. ſup. lib. 1. q. 29. Navar. d. cap. 25. nu.

20.

20. Tanner. in 2. 2. diſp. 5. q. 8. dub. 1. num 16. Bobadill, ubi proximè num. 54. Petr. Greg. c. 22. num. 1. Peregrin. d. cap. 8. num. 9. Gambacurt. lib. 7. cap. 3. num. 6. Gigas de crimin. læſ. Majeſtat. lib. 3. qu. 93. nu. 18. Decian, d. num. 4. Sarp. capit. 5. fol. 60. Ambroſin. cap. 8. num. 9. Guazzin num. 5. verſ. In tantum, Paz ſup. num. 108. & allii, qui indiſtinctè docent hæreticum non juvari immunitate. Quæ opinio, ut ipſi DD. declarant, accipienda eſt de eo, quem hæreticum eſſe conſtat, nec punitus, & reconciliatus eſt ; hic enim licèt aliquando in hæreſim inciderit, ab Eccleſia defendendum, ſi ob delictum non exceptum confugiat ; omnes fatentur. Videantur ita expreſſim adnotantes Delbene d. dub. 22. n. 7. Bonac. n. 2. verſ. Ex quo patet.

127 At affirmant ſentientes hæreticum, præter crimen hæreſis, vel aliud exceptum, immunitate non eſſe indignum. Gregor. Lop. in l. 4. Gloſ. 1. tit. 11. p. 1. Suar. ubi proximè. Farinac. de immunit. cap. 13. num. 172. Delbene d. dub. 10. ſect. 4. num. 5. 6. & dub. 22. num. 3. 4. Correa d. cap. 3. numero 3. Bonacin. num. 2. verſ. Secunda ſententia, Mar. Italia d. §. 6. num. 7. Caſtr. Pal. tom. 2. tract. 11. diſp. unic. punct. 7. num. 4. Dian. ſup. reſolut. 29. Azor. part. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9. Filliuc. ſup. num 151. Portell. nu. 10. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 2. num. 2. & alii. Similiter Religioſus apoſtata immunitate non carebit ; niſi in Eccleſiis ejus Ordinis, quem deſeruit ; Dian. ſup. reſolut. 23. Bobadill. d. num. 57. Delbene dubit. 24. ſect. 16. Decian. d. cap. 26 num. 13. Farinac. num. 169. Mar. Ital. dict. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 17. verſ. Ex his ergo, Guazzin. num. 7. Rebuff, ad leg. Gall. tom. 2. de immunit. Eccleſ. art. 1. Gloſ. 1. num. 25. Per rationem textus in cap. fin. de immun. Eccleſiar. in Eccleſiis propriæ Religionis non eſt tutus. Quæ intelligas ſecundum eos, qui tenent etiam Eccleſiaſticos immunitate gaudere, alioqui apoſtata hic à quacunque Eccleſia extrahetur, ut advertit Delbene, ubi proximè.

Ad Num. 12.

128 Reus, qui ad Eccleſiam pervenit, inſectante Judices, & ſatellitibus perſequentibus ipſum, ab ea extrahendus non eſt, Suar, cap. 11. num. 19. Farinac. in prax. quæſt. 28. num. 41. Guttier. ubi ſtatim, num. 6. Clar. d. q. 30. num. 19. Gonni fallent. 31. fol. 106. Decian. d. lib. 6. cap. 28. nu. 31. Bobadill. num. 61. 62. Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 12. num. 13. Paz n. 40. Salazar. de uſu & conſuetudin. c. 6. num. 19. Bonacin. §. 4. n. 17. Guazzin. cap. 37. num. 42. Tuſch. lit. E. conc. 10, num. 29. Ambroſin. ſup. cap. 10. num. 13. verſ. Nec non, & ita uſu receptum eſſe plerique teſtantur.

Ad Num. 13.

129 Is qui per locum gaudentem immunitate captus à familia Judicis ſecularis ad carcerem, vel ſupplicium ducitur, defendi nequit prætextu immunitatis, cum liber ad Aſylum non venerit, prout deſideratur ; Delbene dict. ſect. 10. numero quarto, cum ſequentibus Farinac. in prax. quæſtion. 28. num. 69. & de immunit. capit. 15. numero 201. Suar. ſup. num. 18. & 19. Tuſch. conc. 12. num. 28. Guazzin. num. 43. verſ. Hæc dicta ampliatio, Franc. Marc. deciſion. 989. tom. 1. Decian. num. 30. Curtell. lib. 1. quæſt. 25. num. 8. 9. 30. Guttier. practicar. lib. 3. quæſtion. 6. à princip. Bonacin. numero 21. Bobadill. numero 62. verſ. Maſes de advertir. Scortia theorem. 185. Cur. Philip. numero 12. Anton. Gomez variar. lib. 3. cap. 10. num. 2. verſ. Quartò, limità, Azeved. in l. 1. num. 11. titul. 2. lib. 1. Recopilation. Dian. part. 1. tractat. 1. reſolut. 30. Qui hanc de juris rigore veriorem agnoſcit, quæ ſanè tenenda eſt ; quanquam contrariam probent ipſe Dian. Paz numero 47. Navar. capit. 25. numero decimo nono Germon. lib. 3. cap. 16. num. 35. Villagut. de extenſ. leg. cap. fin. num. 40 Salaz. ſup. capit. 7. num. 19. in fin. Clar. num. 11. Peregrin. cap. 5. num. 8. Qui diſtinxit exiſtimans priorem opinionem veram eſſe, quando reus neceſſariò ducitur per locum Sacrum, quia per alium non poterat ; poſteriorem, ſi voluntariè abſque neceſſitate per Eccleſiam ducatur.

Eadem ratione mulier carcerata in Monaſterio, loci immunitate non gaudet, Gregor. Lopez. in l. 5. Gloſ. 2. titul. 29. part. 7. Bobadill. ſup. Cur. Philip. numero 10. Azeved. in l. 3. numero duodecimo, titulo ſecundo, lib. 1. Recopilat.

Verſ. *Decimo ſeptimò, perpenſis primis.*

130 Qui captus per juſtitiæ miniſtros eorum manus evadit, & in Eccleſiam ſe confert, ab ea evelli jure non poteſt ; Suar. ubi proximè, num. 19. Farinac. de immunit. c. 15. num. 196. Delbene d. dub. 10. ſect. 7. num. 1. Tuſch. ſup. conc. 10. num. 21. 30. Layman. lib. 4. tract. 9. num. 9. Guazzin. d. cap. 37. num. 39. Ambroſin. cap. 10. num. 13. Bonacin. num. 16. Guttier. num. 5. Dian. part. 6. tract. 1. reſolut. 27. verſ. Confirmantur ſupradicta, Paz num. 41. Bobadill. ubi ſup. Decian. n. 32. Cur. Philip. n. 13. niſi ob caſum exceptum.

131 Quod ampliatur, etiamſi ab aliis violenter reus eripiatur ad fugam, Delbene num. 2, 3. ubi plures, Correa ſup. part. 3. num. 21. Farinac. ubi proximè, Dian. ſup. verſ. Sed hanc ſententiam, & tract. 8. reſolut. 5. Mar. Ital. lib. 1. cap. 6. §. 2 à num. 70. licèt contrarium ſentiant Novar. in ſumm. Bullar. tit. de immunit. num. 14. Paſqualig. deciſ. 486. Pegnen. deciſ. 251. Ambroſin. cap. 10. num. 10. Gamma deciſ. 141. Sed prior opinio longè communior eſt ac optimè probatur à Delbene d. cap. 16. dubit. 33. ex n. 22. Qui rectè ait, quòd etſi vim inferentes ſatellitibus perperam faciant, ac gravi pœna ſint digni ; tamen Eccleſia jure ſuo utitur favens ad ſe liberè confugienti. Ad id verò, quòd objicitur de reſtitutione facienda juſtitiæ ſæculari, quæ ſpoliata eſt ; quo præcipuè adverſarii utuntur : poteſt reſponderi, ei locum non eſſe, quemadmodum nec punitioni delictorum, in qua publicus favor verſatur, propter reverentiam locis Sacris debitam ; magna enim eſt ratio, quæ pro Religione facit, ut inquit Papinianus in l. ſunt perſonæ 43. in fine, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.

132 Similiter reſpondendum eſt de eo, qui per vim etiam victus ſecum ducens ſatellitem à quo ducebatur, Eccleſiam ingreſſus eſt, Delbene dict. ſect. 7. numero ſecundo, tertio, & dubit. 19. ſect. 2. à numero 4. Farinac. de immunit. cap. 16. num. 227. Dian. part. 1. tractat. 1. reſolut. 13. Quam ſententiam defendit Delbene dict. ſect. 2. aſſerens, quòd iſte reus liber confugit ; quandoquidem ipſe invitum ſatellitem trahit ad Eccleſiam, & non trahitur, ut captus confugiſſe dicatur. Quod ibidem poſt Farinac. & Dian. ampliat, quamvis vulneret miniſtrum juſtitiæ cum magna ſanguinis effuſione. At contra tenent Curtell. lib. 2. q. 13. Villadieg. in Politic. cap. 3. num. 206. Gambacurt. de immunit. lib. 4. cap. 28. n. 6.

Verſ. *decimo octavo, ex his conſtat.*

133 Reus, qui effracto carcere in Eccleſiam ſe recipit, ſi crimen exceptum non perpetraſſet, evellen-

dus